

ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PRORECTOR
CHRISTIANVS
VVOLFIVS

REGI BORVSSIAE A SANCTIORIBVS CONSI-
LIIS ACADEMIAE PROCANCELLARIVS IVRIS NATVRAE
AC GENTIVM VT ET MATHESEOS PROFESSOR PVBLI-
CVS ORDINARIUS PROFESSOR PETROPOLITANVS HO-
NORARIUS ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARVM PARISI-
NAE SOCIETATVMQVE REGIARVM BRITANNICAE
AC BORVSSICAE MEMBRVM

SENATVSQVE ACADEMICVS
ANNVA SACRA

NATALIVM
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

AD D. XXV. DEC. c^o 15cc XLI

INDICVNT
COMMENTATIONE

Q V A

IVDAEI CHRISTIANAE DIVINORVM DE NA-
TIVITATE MESSIAE VATICINIORVM EXPLI-
CATIONIS CONFIRMATORES

SISTVNTVR.

HALAE

IN TYPOGRAPHIA IO. CHRISTIANI HENDELII

Qvando aduersus Iudeos Christiana tuenda est religio; progressis ad factam a Deo patefactionem specialem, nobis id cumprimis agendum esse putamus, ut Veteris Testamenti loci, qui ad Messiam spectant, huic afferantur, &, quis reliquus eorum sensus sit, recte demonstretur. Recentiores quidem Iudaci, vulgus maxime eorum, & semidocta plebs, cum christianis disputantes, plerumque erituntur & contendunt, quam maxime possunt, ut plurimos locorum illorum, amoto Messia, alio detorquent, aut certe ab iis omnem auerruncent sententiam, quae christianis patrocinetur.

Ab his igitur dum verum defendimus sensum, si gentis huius inspicimus volumina vetustiora: singulare se nobis vindicandae veritatis offert subsidium; nempe nobiscum in omnibus, aut in praecipuis saltet momentis, amicissime consentiens plurium ad Messiam pertinentium locorum interpretatio & explanatio. Libri sunt, quos Iudaei magni aestimant, quorumque nonnullis diuinam auctoritatem attributurum iuere. (a)

Quapropter non pauci ex illis, qui Christi aduersus gentes hanc scripsierunt (b) defensionem, eius generis sententias Iudaicas scriptioribus suis inseruerunt; nec defuere, qui eas seorsim colligere adgredenterunt. (c) Inter illos eminet RAYMVNDVS MARTINI, seculi decimi tertii scriptor; quem secuti sunt PORCHETVS & GALATINVS, apparatu illius immodeste vsi; JOSEPHVS de VOISIN, IOAN. MULLERVS, IOAN. ERISCHMUTHIVS, IO. ANDREAS EISENMENGERVS, CALVOERIVS, alii (d). In rudero autem hoc iudeaco multa etiamnum latere, quae nobis usui esse possint, res confessa est, & nouis praeterea inquisitorum inuentis comprobatur (e). Fuit etiam inter doctiores nostrae aetatis proselytos, qui tam vtilia testimonia, de integro ex patriis voluminibus

con-

(a) EISENMENGER im Entdecken Iudenthum, Part. I. p. 208. 209.

(b) Quorum indicem exhibet Io. Christoph. WOLFIUS in bibliotheca Hebraea, part. II. pag. 994. - 1048. & pag. 1110. - 1135.

(c) E. g. WITSIUS in Iudeo christianizante.

(d) Quibus accensendus videtur praeful Berolinensis, REINBECCIVS, nuper mortalitate interceptus, ob rabbinicorum de veritate christiana testimoniorum collectionem, factam in opere, quo Augustanam confessionem illustravit, parte III. a pag. 70. - 93.

(e) Pertinet hoc industria viri cl. Christiani SCHOETTGENI, cui iam duo volumes Horarum Hebraicarum & Talmudicarum debemus.

conquisita, Rabbinico commentario; **MICHLAL IOPHI**, suis locis adiace-
re coepit; sed non ita multo post morte praeitura opus abrumpebarur.

Nos in praesenti, festo temporis seruientes, ex Iudeorum senten-
tiis, quae veteris testamenti de Messiae nativitate locorum explicationi
christianae suffragantur, quasdam pro specimine in medium adferemus.

De mulieris semine **GENES.** III, 15. dicitur: fore, vt illud serpen-
tis conterat caput, ipsius autem ab hoc calx conteratur. Doctores etiam
Iudaici hic inueniunt, quod ad Messiam referent. Serpentem in cor-
ruptela non solitarium fuisse opinantur, sed sociatum cum illo cacoda-
monem, Sammael, dictum. (f) Deinde **TARGVM IONATHANIS** haec ha-
bet sub fine translati, expositique loci nostri: *verum illi, ex muliere
enatis, ac in calcé a te, serpente, ob legem violatam, laesis, eri medicina;
zibi autem, (serpenti,) medicina minime erit: etenim illi in fine, (id est)
(g) tempore regis Messiae, conculcandi actionem obturi sunt.* (h) **SOHAR-
RIS** adiungamus testimonium, quod haec complectitur: *Deum consti-
tutisse, Messiae tempore, serpentem malignum e mundo eicere; idque cog-
noisci ex Zach. XIII, 2. ubi dicitur: spiritum immundum auferam ex terra*
(i) Aliis locis eadem haec sententia repetitur; additurque: *id intel-
ligendum, cum Gen. III. serpentis caput constitutum ixi adfirmetur;* item:
serpentis nominis cupiditatem prouam subiacere (k). In **BRESCHIT RABBA**
commemoratur: lapsum Adamum, cum sol, exeunte Sabbatho, occi-
disset, luce, qua eius antea praeditus fuisset vultus, queque solis noctu
reddidisset vicem, se priuatum animaduertisse, eaque iactura perculsum

A 2

di-

(f) *Targum secund. lob. XXIX, 7. Maimonides in more Nebuchim, lib. 2. c. 30.
Pirke R. Eliezer, c. 30. Sobar. ad Genes. III, fol. 27. col. 1. edit. Cremon, at
fol. 105. edit. Sulzbac.*

(g) *Conf Targum Hierosolymitanum, & BVXTORFIVS in Lexic. chald. talm. & rab-
binico, sub voce עקב.*

(h) *ברם להונ יהא אסו ולך לא יהא אסו ועהידין איןון
למעבר שפוחתא בעיקבא ביום מלכא משיחא:*

Vocem **שפוחתא** **BVXTORFIVS** in Lexico conterendi, seu *cenculcandi actum in-
terpretandam esse censet; quod Edmundus Castellus quoque in Lexico heptaglot-
to, sub voce **שפָה**, approbavit, & allatum ab aliis *emplastrum & incolumitatis*
significatum, cui tamen magis fauere videtur Targum Hierosolymitanum,
postposuit.*

(i) *Genes. fol. 37. col. 145.*

(k) *fol. 76. col. 301. fol. 77. col. 305. fol. 108. col. 438. & 440. apud SCHOTT-
GENIVM in Horis Hebraicis & talmudicis, tom. II. p. 167. & 94.*

dixisse: *fortasse is, de quo scriptum est: hic conteret tibi caput, & tu conteres calcem eius: venie, ut se tecum coniungat.* Et (porro) dixisse: *certe nox conteret me.* (Scriptor addit:) *Mirum! Quid fecit sanctus, summeque laudandus Deus? Praeparauerat sibi duos felices, quos collisit; & exiit ignis; super quo ille benedixit.* (l)

Lucis quoque aliquid ex eo proficiscitur, quod de Adamo posteriori, quo nomine Messias notatur, tradiderunt Rabbini (m); nec non ex pactione, quam iidem Deum cum Messia de iuendis Adami, omniumque eius posterorum peccatis fecisse dicunt (n); quemadmodum deinde cum Adamo nocenti Messiam comparauerunt piacularem, non dubitantes fateri, damnum, quod illius peccato genus humanum fecerit, ab hoc abunde resartum iri. Praeclarum de hac re in libro antiquissimo, SIPHRI, extat testimonium (o). Et in BRESCHIT RABBA haec reperimus: *Licet res omnes sic creatae fuerint, ut habuerint perfectionem; attamen, quamprimum Adamus prior peccauit, corruptae sunt: nec prius illis sua contingit restauratio, quam venerit filius Perez;* (id est, Messias, ex Pereziana Iudea progenie oriundus.) (p) Id non dissimulatur in MATTE-

NOTH

(l) in Medrasch Rabboth ad Legem & quinque volumina, Amstelod 1725 Breschit Sect. 12 fol. 10. col. 3. במראי' שב ניטל זווע מטנו (אדס) וטרו מגן ערן ...אותה האורה שנברא בה העולם אדרת הראשון עמד והabit ביה מסוף העולם ועד סוף ...כיוון ששקעה החמה במושאי שבת התהיל החושך ממשמשה ובאו' באותה שעיה נזרוא אדם הראשון אמר שמא אווח שכהב בו הויין ישופך ראש ואחחה השפננו עקי בא להזרוג לי ואמר אך חשך ישופני אהמתה מה עשייה לו הקב"ה זיין לו שני רעיפים הזרג זיין זה לוזה זינאת האור ובירך עלייה: Verba Adami priora vir doctus pro spei, & sanctae, quae filio Dei cum primis hominibus fuerit, consuetudinis argumento habuit. Ast, vt alia praetereamus, sententiae isti obstante quodammodo videntur verba illius posteriora, & vocis alibi ad hostilem sui cum alio coniunctionem, seu aggressuram, translatus vsus; e.g. in Medrasch Rabboth ad Debarim, sect. I. fol. 434. col. 3 sub finem.

(m) Vid. SCHOETZEN, tom. I. p. 672. 673. (n) Ialkui Schimonai part. II. fol. 359.

(o) Vid. libellus Iudaicogermanicus, hic sumtu instituti Iudaici editus, fol. 30. col. a. edit. I.

(p) in Medrasch Rabboth, Breschit, fol. 10. col. 3. & 4. ע"פ שכבראו הדרבים אל מליאנן כיוון שהחטא אדרת נער אבן תחנן תחנן ערך שבא בן פרץ:

NOTH KEHUNNA, subiecto *Medraschicoe tractationi commentario*; nam hic additur, Messiam ex Perez ortum habiturum (q). Nec ab refuerit, Rabbinorum recognoscere sententias de verbis, quae Eua post primum, (r) tertiumque (s) partum proloquuta est; & de notitia nascituri Messiae, ad ipsas Lothi filias propagata (t). Eo itidem referas Lamechi de filio, Noacho, dictum (u), huiusque nomen cum Messiano, Schilo, comparatum; quo vtroque restituenda quietis & tranquillitatis notionem contineri videmus.

Alter gradus diuinæ patesfactionis, qua nascituri Messiae stirps indicata fuit, is est, quod Abrahamo, Isaeo & Iacobo per interualla de oritur ex posteris ipsorum Messia obtigit promissio (x). Deprehendisse autem in illa aliquid de Messia Iudeos, SOHAR testimonium perhibet. En verba quadam eius: *Iacobus benedictionem accipit a patre . . . Quae-dam ex illis (benedictionibus) implete fuerunt hoc saeculo; omnes ve-ro tempore regis Messiae implebuntur* (y).

Tertius in eo constituitur gradus, cum ex Iacobi filiis eligeretur Iudas, ex cuius tribu generis humani sospitator ortum haberet. Eo maxime referendus est locus, Genes. XLIX, 10. vbi Iacobus sub mortem vaticinatur: *Scptrum a Iuda non recessurum, nec defuturum ex eo natum legislatorem; donec Schilo*, seu tranquillitatis effector, *veniat* (z). Non tribus solum Israeliticae gentis designatur, unde enasciturus sit Messias: sed praedicitur etiam tempus; nimirum illud, quo reipublicae Iudaicæ ruina ultima & funditus facienda euercio cornu immineret. Sermonem vero Iacobo de Messia esse, huiusque natiuitatem in tristissimum illud aevum incasuram, doctores Iudaici assentiuntur.

A 3

TAR-

לִימָה הַמְשִׁיחַ הַבָּא מִן פֶּרֶז (q)

(q) Gen. IV, 1. conf *Targum Ionathanis*; & *Seb. SCHMIDIS disputatio de fide matris, Euae, in Fasicie, dissertationum theologicoo-philologicarum*, p 46-96.

(r) Gen. IV, 25. Conf *Breschit Rabba*, sect. 23 fol. 23 4. fin. *Medrasch Ruth Rab.* ba fol. 43 3. 4. & *Raymundi Martini, Pugio fidei*, Part. II. cap. VII. 4.

(s) Gen. XIX, 34. Conf *Tanchumae verba apud Raymendum Martini*, Part. II. cap. VII. 4. (u) Gen V, 29. & XLIX, 10.

(x) Genes. XII, 3. XIIX, 18. XXII, 18. XXVI, 4. XXIX, 14.

(y) Ad Genes fol 85. col. 328. Conf *Bericht von einem Versuch das lüdische Volk zur Erkenntnis und Annahmung der christlichen Wahrheit anzuleiten, dritte Fort- setzung pag. 32--41.* in notis.

(z) Vid. Deut. XXXIII, 21. & *Targum ad h. i. Ps. CIIIX, 9. Ies. XXXIII, 22.*

TARGVM ONKELOSI haec habet: non recedet dominator e domo Iudee, nec scriba e posteris eius usquam, donec Messias veniat, cuius regnum est (a). Subiicimus IONATHANIS TARGVM: non deficient reges & dominatores, e domo Iudee profecti, leemque docentes scribæ, ex semine eius (nati) usque ad tempus, quo rex, Messias, veniet. (b) Consentit quoque HIEROSOLYMITANVM. In TALMVDE disputantes (c) de Messiae nomine commemorantur doctores; quorum vnuus ait: Schilo et est nomen; quandoquidem dictum est: donec venior Schilo (d). In ECHA RABBATHI eadem reperitur disputatio (e). In BRESCHIT RABBA ista est confessio: non recedet sceptrum a Iuda - - donec veniat Schilo, id est, Messias (f). Idem dicitur in SOHAR CHADASCH (g). In eundem modum fatur KIMCHIVS: vaticinium de Messia (loquitur.) Voci, S hebbet, eriam sceptri notionem tribuit, eoque dicit dominium significari; ac praeterea in explicando verbo, mebokek, proprius nobis accedit, quam Targum Ionathanis & Hierosolymitanum. Scribam enim eius ordinis intelligit, qui ad Principis pedes sedeat. (b)

R. IOSEPHVS ALBO annotat, vnde Onkelosur, haec Messiae tribuenda esse, acceperit: Onkelos, inquit, profelytus, (ex gentili Iudeus factus,) qui id (explicationem, mox memorandam) accepit ex Schemoja & Abibatione, qui templi secundi tempore vixerunt; verba: non recedet sceptrum a Iuda: ad Messiam pertinere, interpretatus est; quoniam ita (interpretanda esse) acceperat ex Schemoja & Abibatione. A que hoc modo facta huius sententiae traditio manibus (quasi) nosfris usque in hunc diem pertransita fuit (i).

R. ABRA-

(a) לא יערו עבד שלטן מרוביה יהורה וספרא מבני בנוון
ש'علماء עד ריחתו ממשיא דגליה היא מלכוהא:

(b) לא פסקן מלכין וליטין מרובה יהורה וספרן מלאפי
אורויהא מורהה עד זמן די ייחוי מלכא משיחאה:

(c) Sanhedr. fol. 98. col. 2.

(d) שילה שמו שנאמר עד כי יבא שילך:

(e) ad cap. I, 16.

(f) in Medrasch Rabboth, Breschit, seq. 98. fol. 85. col. 3. init.
מייהה... עד כי יבא שילה זה המשיח:

(g) ad Psal. XLV, 7. fol. 42. 2.

(h) In libro Radicum, sub vocibus חקק & שפט, שלח apud Caluoerium in Gloria Christi, qu. 181.

(i) In Ikkarim, c. 42. ap. id Caluoerium qu. 181.

R. ABRAHAMVS SEBA: *Schilo*, ait, *indicit regem, Messiam* (k). Item haec circumfertur narratio R. RACHMONIS: *cum Synedrium ex Lischcas baggjſt, (conclavi, in quod conuenire solebat,) migraret, iudicio cauſarum criminalium abdicaro; (afflato eius) consuto cito, suisque (induto) cutibus, ac facto ſibi capillum euellendo calutio, dixerunt: vae nobis! nam ſceptrum a Iuda receffit, nec tamen Dauidis filius venit* (l). Sennit etiam nobiscum IACOBVS TAVVSIVS, Iudeus, qui volumen Mosai-
cum in Perficam linguam transtulit, atque ita reddidit locum nostrum: *non recedet imperium a Iuda, & ſcribae medio filiorum eius, donec eius ve- niat Messias* (m).

Lege quoque, sis, quod Cabballistae (n) ex arte sua, *gematria*, circumnotarunt; nosce, Talmude indice, arcanam R. Chijæ de aduentu Mef-
ſiae opinionem, at in ebrietate proditam; (o) perpende, quae Rabbini, verba explicantes, locum nostrum proxime sequentia, profitentur (p).

Veniamus nunc ad quartum diuinæ de Mefſia nativitate praedictio-
nis gradum, quo familia Dauidis genitrix constituta fuit. POSTERIORIS
SAMVELIS LIBRI CAPITI SEPTIMO adhibeamus meditationem, si rem
accurate cognoscere velimus; verum non sine commentario Dauidico,
Pſalmorum volumine, ac prophetarum concentu, qui ab hoc tempore
vixerunt (q). Mefſiam in capite illo a Iudeis agnitus fuiffe, ex quibus-
dam

(k) In צור חמור, fol. 37. col. 2. apud Eisenmengerum, im Entdeckten Ju-
denthum, I. II. pag. 548.

(l) Apud REINBECCIVM lib. cit. pag. 74. Conf. Raymundus Martini, part. II. cap.
IV. § 3. & 6. et Schoettgenius tom. II. pag. 494 & 977.

(m) نه کرید سلکنند آن یهوده و بیهودی از مهدی فرزندانی
آوتا که دیمای مسیح آن است

(n) e. g. Baal Hatturim. (o) Sanhed. echad dine mamonot, fol. 38.

(p) Targum Ionath. & Hierosolymit. Talmud, cod. Berachoth, fol. 57. I. So-
har. Genes. fol. 127. col. 505. & 506. fol. 128. col. 508. Breschit rabba fol. 99.
fol. 98. I. Medrasch Thillim, ad Ps. CXXIX. 2. fol. 46. 4. Pefikta rabbathi,
fol. 60. I. Vid. quoque tract. cuius haec est inscriptio: Iacobi patriarchæ de
Schilo vaticinum, a depravatione Io. Clerici assertum, opera & studio Seb. Ed-
zardi, Hamb. 1697.

(q) Adi, sis, commentarium Rasebianum ad 2 Sam. XXIII. I. & Talm. tr. San-
bed. cap. Chelek, vbi R. lochanan, prophetas omnes de Mefſiae aeuo vaticina-
tos esse facetur. Quod Rasebius, Zach. IX, I. exponens, confirmauit.

dam ABARBANELIS (r) & ALSCHECHI annotamentis concluditur (s).
 IESAIÆ CAPVT SEPTIMVM id aperit, quod virgo illibata ipsum
 paritura sit. (t) CAP. IX, 5. 6. in hunc modum propheta loquitur: *Nom
 puer natus est nobis, datus est nobis filius, et que principatus super humeris
 eius, & nomine suo vocabitur mirabilis, consularius, Deus beatorum, pater ae-
 ternitatis, princeps pacis, Amplificationi principatus & pacis non erit fi-
 nis, in solio Dauidis, & in regno eius; ad hoc stabiliendum, & fulciendum
 ipsum iure & iustitia: ab hoc tempore usque in aeternum; zetus Iebouoe
 exercituum hoc faciet.*

De natuitate Christi hoc maxime praedicitur: ipsam generi huma-
 no profuturam, utpote diuinum inde nacto munus, puerum, eundemque
 filium (Dei;) diuinæ participem maiestatis; qui regnum conditus sit
 immensum, aeternum, pace abundantissimum. Mentio Dauidis, regnique
 Dauidici, nos ad eam, quae huic obtigerat (u), pollicitationem reducit,
 illiusque firmandæ subseruit interpretationi christianæ; in primis, si re-
 liqui

(r) ad h. l. fol. 148. d.

(s) ad h. l. fol. 66. c.

(t) Haec recognoscensibus offert nobis veniens e Belgio proselytus ab auunculo suo,
 qui a clavisccxxvii, octogenarius decessit, comp̄sum librum. in scriptumque:
 סְפַר תּוֹלָרוֹן עֲמִינָאֵל הָאָמִינוֹת מִהְלָמָת הַכְלָה כְּנֻרָתָה
 בְּחֶלֶה הַמָּרָשָׁה וּפְלוֹתָה בְּזַמָּן אֲכִילַת הַפֶּסֶח בְּמִשְׁעָנָה
 וְבְחַדְךָ זֶה לְהַרְאָתָה שָׁׂרָה וּתְרֵה שְׁהַעֲמָנוֹאֵל הוּא יְשֻׁעָה
 הַמְשִׁיחָה בֶן אֱלֹהִים וּרוֹמָחָה הַשְׁנִי בְּאֱלֹהָה וּרוֹחָה
 הַקּוֹשָׁת הַמּוֹלִיךְ מִשְׁלָחוֹ כְּכַחְן גְּנָבָה וּמְלָךְ בְּשִׁיטָה לְשִׁלְמָה
 שְׁלִיטָה. hoc est, Vera Immanuelis generatio ex virginе, viro ac p̄sona, secun-
 dum prophetiam Iesaiæ, cap. VII, 14. ex qua contra Iudeos probatur, על-
לְמִלְחָמָה מִצְמָנוֹת Messianæ Iesum est Nazar-
 enum. Nec non elucidatio quaestions illius: quo tempore Christus Pascha cum
 discipulis suis celebraverit: quod ex Ioh XVIII, 28 secundum rius ecclesiae Iu-
 daicæ factum esse, probatur. Hoc duos tractatus sequuntur aliud quinque; (at
 non sequuti sunt, nemine suppedante somnis:) cuiusmodi sunt, de sacrosan-
 ctâ Trinitate, de Deitate Iesu Nazareni, filii Dei, & illius munere pontificio, pro-
 pheticō ac regio. Quorum omnium veritates non tantum ex scripturis sacris, ve-
 rum etiam e veterum Iudeorum scriptis Talmudicis demonstratae sunt, auctore
 CHRISTIANO MEYER, ecclesiae Iudæorū Hamburgensis ante conversionem ad Chri-
 stum doctore, hebreice & latine. Amstelod. sumptibus auctoris, apud Cornelium
 ab Hoogenhuyzen. MDCCXXII. 4. pars 1. constat pag. 216, secunda 292.

(u) 2 Sam. VII.

liqui loci, quibus etiam futurus Messiae ex prole Dauidica ortus praenuntiatus est, simul ponderentur.

TARGVM IONATHANIS post verba, *pater aeternitatis*, insertam habet vocem, *Messias*. In BRESCHIT RABBA haec leguntur: *quare dicitur* (Zeph. III, 9.) *seruent* (omnes gentes) *ei*, (Messiae,) *bumero uno?* *quoniam principatus erit super humero eius*, (Messiae;) *quemadmodum dictum est*: & *erit principatus super humero eius*, &c. (x) In DEBARIM RABBA Iacobus Esauo, ipsum, ut in Seir secum veniat, hortanti, respondens introducit: *adbu* (antequam in Seir, Idumaeam Romanam, per posteros meos perueniam, eius debellatum nationes,) *id restat mibi, ut sistam regem, Messiam; de quo scriptum est: quoniam puer* (natus est) *nobis* (y). Et in ECHA RABBATHI (z) R. Iose, Galilaeus, memoratur, dicens: *Messiae etiam pax nomen* (praeberet;) *etenim de eo dictum est*, (quod) *pater aeternitatis, princeps pacis* sit. BEN SIRA, Messiae exponens nomina, quinquecupicem ex loco nostro appellationem desumit. (a) Vide etiam, si libet, quae Talmudici doctores, ad hoc, & proxime antegressa Iesaiæ capita respicientes, de denegata Hiskiae dignitate Messiana communiscuntur. (b)

Cap. XI, 1. Iesaias vaticinatur: *exibit virga ex truncu Ischaiti*, & *suscus eradicibus eius fructum feret*. Clare indicatur, ex Dauidis, cuius Ieschaius pater fuit, familia nasciturum Messiam; illam vero tempore isto, omni amissa potentia ac splendore, paupertinam fore, & contemnam; Messiam ipsum minime cum pompa appariturum, sed humiliiter.

TARGVM IONATHANIS hanc continet sententiam: *egredietur rex ex filio Ischaiti*, & *Messias ex posteris eius progerminabit*. (c) Nec TAL-
B MVDIS

(x) Ad Gen. XLI, 44 apud Caluoerium, qu. 88.

(y) Medrasch rabboth, Debarim, sect. I fol. 424 col. 4 אמר לו עד עכשוו ל' להעמיד מלך המשיח שכחוב בו כי ילד לנו: Caluoerius verba haec, inserto additamento, id est, ה'ק'ב'ה post voces, ב'ר'וך ח'ו'יט, אמר לו, Deo attribuit, qu. 88.

(z) In praefatione eius, apud Caluoerium, qu. 88.

(a) Edit. Amstelod. 1679. fol. 40. B. Io. Henr. MICHAELIS in notis ad h. I.

(b) Sanbedr. Chelck, fol. 94 col. 1.

(c) יְנֹוק מֶלֶךְ מִבּוֹנוֹתִי דָּרַשׁ וּמִשְׁיחָא מִבּוֹנוֹתִי תְּהִרְבֵּי:
Conf. BVXTOREM Lexicon, chald. sub voce ר'ב'ה.

MVDIS deest assensio. Nam in eo legitur: *de Messia scriptum est: & exibit germen.* (d) In BRESCHIT RABBA haec extant verba: *bis est rex, Messias, quemadmodum dictum est: & exhibet virga, &c.* Item: *ex Iuda natus est Messias; sicut dictum est: & exhibet virga ex stirpite Ischobii.* (e) Alio loco, (f) vbi Thamar mentio fit, ex qua Iude Perezum genuit, cuius stirps Messiam datura erat: (*dixit* (g) Thamar: *des mihi*) *sigillum tuum; hoc (indicabat) regnum: - - & baculum tuum; bis (significabat) regem, Messiam; quemadmodum dictum est: exhibet virga ex trunco Ischobii.* (b) Eundem sensum profert expositio, quam ECHA RABBATHI habet. (i) KIM-CHIVS: *hoc pericopo, inquit, temporibus Messiae complebitur.* (k) RASCHIVS: *hoc: & surculus fructuosus erit: quin tota haec materia de Messia (interpretanda est).* (l) In IALCVT SCHIMONI haec legimus: *in quo unus qui- dem spiritus est, qui tamen omnes librat spiritus, is est Messias; de quo dictum est: & exhibet virga ex trunco Ischobaii, &c. & requiesceret super ipso spiritus Iebouae, spiritus sapientiae ac intelligentiae, &c.* (m) ABARANEL ait: *exhibet virga, is est Messias, filius Davidis.* Id confirmat quoque TANCHV-MA (n). Teste ABEN ESRA, magna praeter istos interpretum est cohors, qui de Messia huc sermonem esse arbitrantur. (o) Accedit, quod ea lu-

(d) Sanbedr, fol 93, 2. Et in Talm. Hieros. Berachoth, fol. 51, apud LIGHTFOOT, in Horis Hebr, & Talm. ad Matth. II, 1.

(e) Sect 85. fol 83. 4. ad Genes. XXXIIX, 18. & ad cap. XLIX, 8. apud Raymundum, part. III dist. III. 9. 5. & Schoettgenium, tom. II pag. 161.

(f) *Medrasch rabboth*, Breschit, fol. 75. col. I. (g) Genes. XXXIX, 18.

(ב) אמר ר' הוניא ניצנאה בה רוח הקרש חותמן זו מלכות... ומטר זה מלך המשיח היה מה דראחאמר ויצא חוטר מנשען

(i) fol. 300, col. 1. apud Eisenmengerum, part. II, pag. 65.

(1) אילן ונצר מרשוי יפה וכל חנוך על מלך המשיח:
In editione Basileensi tria ultima verba omissa sunt.

(m) Edir. Franco ad Moenium procuratae, 1686 ad Numeror. XXVII. 16 fol.
חרוח אחת יש בו והוא שוקלה כל הרותות וה משה
שנאמר ויצא חתר מזען ישו וגנו ונחנה עליון רוח יי' רוח חכמה
ובבנה וגנו:

(n) In *Lalkut* part I. fol. 247.

(ט) נימא רובי המפרשין אמרו כי זה המשיח;

dæi etiam, quæ locum nostrum excipiunt, arcteque cum illo cohaerent, de Messia dicta esse persuasum habent. (p) Inter quos id libere effatur **A BARBANEL**, nequaquam ista ad Hiskiam transferri posse.

In Michæl vaticiniis, qui Iesaiæ aquæneus fuit, cap. V, i. maxime nobis notandum est: *tu, Berblebema Ephraza, paruo (minor quidem es, quam) ut sis in chiliadibus Iudeæ: (nihilominus) ex te mihi exhibit (aliquis,) ut sis dominator in Israele; cuius ramen egesiones sunt ab aeterno, a diebus aeternitatis.* Praecipuum, quod hic manifestatur, locus est nativitatis, Bethlehemæ.

T A R G V M nobiscum concordat; in eo enim Messiae vox interposita deprehenditur. (q) Idem affirmatum fuit in **BRESCHIT RABBA**, & declaratum, id dudum, eo scilicet tempore, quo templum secundum deuastatur, suum esse sortitum eventum. Audiamus narrationem: *Aliquando Elias - - - (de quo spectato, auditoque multas Iudæi procuderunt fabulas,) in itinere versabatur, eo ipso die, quo templum euersum est. Tum audiuit - - - (hanc coelodelapsum vocem:) templum sanctum vastationi proximum est. Cum haec audiret Elias; putauit, fore, ut totus mundus destrueretur: Et cum quosdam reperisset arantes & serentes; dixit iis: Deus sanctus & summe laudandus irascitur mundo, templumque suum deuastaturus, filios autem suos in exilium pulsurus, atque inter gentiles disiecturus est; & vos rebus, per exiguum tempus duranzibus, operam datis. Audita est ruusum vox coelestis, quæ dixit: fac ipsos missos; quia iam natus est Israeliis salvator. Quæsueit Elias: ubinam ille est? Respondit vox coelestis: in Berblebema Iudeæ, &c. (r) **RASCHIYS**: (s) *tu, Berblebema, inquit, Ephraza, unde**

B 2

David

(p) *Talm. Sanhedor. fol. 93. 2. Sohar. Gen. fol. 68. col. 269. fol. 77. col. 303. Exod. fol. 28. col. III. fol. 31. col. 123. fol. 71. col. 281. Leuit. fol. 10. col. 37. Tikkune Sohar. c. 10. pr. c. 21. fol. 59. i. c. 69. fol. 114. 2. Appendix Tikkune Sohar c. 6. pr. c. 26. init. ad Gen. I, 5. Sohar Chadasch, fol. 48. i. fol. 51. 2. Breschit rabba, Seft. 2. fol. 4. 4. ad Gen. I, 2. ad cap. XXIX. 10. seft. 98. fol. 95. 4. ad Gen. XLIX, 1. & 10. (coll. Raymundi part. II. 5. 9.) Schemonah rabba, seft. 15. fol. 114. 4. Medrasch Ruth rabba, fol. 41. 1. Medrasch Thillim ad Psal. II, 11. fol. 3. 3. Pf. XXI, 1. 2. fol. 16. Pefikta rabbati, fol. LIIIX. 2. 3. fol. 60. 1. fol. 63. 1. Bechâi in Legem, fol. 59. 2. Ialkut Schimonij, part. II. fol. 56. 4. Tanchuma fol. 2. 1. 2. fol. 83. 1. & in Ialkut, part. II. fol. 123. 1. Abarbanel ad hoc cap.*

(q) *מִנְךָ קָרְטֵי פֶּקַד מִשְׁיחָה*;

(r) *Conseruauit locum, in codicibus, quos Iudæi typis exscribendos curauere, omissum, Raymundus Martini, part. II. 7. 4. (s) in Comment. ad hunc locum,*

Dauid exiuit - - - parua (minor es, quam) ut sis in chiliadibus Iudee; dignum fuit, te esse paruam in familiis Iudee, proptec haerentem in te Ruthae (x) Moabisticae impuritatem (immundum cum illa a Boaso initum matrimonium:) exte mibi exhibet Messias, filius Dauidis. Et ira ipse (Dauid) dixit: (u) lapis, ab aedificatoribus improbatus, (adhibitus est ad caput anguli.) (x) KIMCHIUS etiam arbitratur, Messiam hic memorari; attamen, suis simul effugium quoddam paraturus, temere comminiscitur, Bethlehemae mentione nihil aliud contineri, quam Messiam e genere Dauidis fore. (y) 1A COBUS ABENDANA in eadem sententia est. (z) Ex Cantico quadam sabbathico haec proferuntur verba: per filium Ischbait, Berblehemita, animae meae redemptio propinquauit. (o) Illustrantur haec, si adiicimus, quod in explicandis verbis, cum loco nostro cohaerentibus, Rabbini professi sunt. (b)

Verbis IEREMIAE cap. XXIII, 5. ecce dies venturi sunt, Iebouae dicitur est, quibus fuscirabo Dauidi germen iustum: confirmatur, ex Dauidica familia Messiam prouenturum. TARGVM germen exhibet, Messiae nomine explicatum. KIMCHIUS: iste, inquit, est Messias. Eralibi: germen Dei (est) Messias, filius Dauidis; quemadmodum dictum est: fuscirabo Dauidi germen

(x) Ruth. c. IV, 9. sqq. (u) Psal. CXIX, 22.

(x) ואחר ביהלום אפרוחה שיא רוד משפט ציר להיות באלי יחוּד ראי הוה להיוֹת ציר במשפטוֹת יהוּד מפני פסולות רוץ המואביה שבר מך יצא לי משיח בן רוד וכן הוא אומר אכן מאסו הבוניים:

Caluarius, in *Gloria Christi* particulam huius loci in tellimonium citans, post hoc addit, quea in nostra editione Basileensi non extant: (x) והן דוד Alius vir eruditus verba: *כחוא יצא משפט* in germanicum sic conuertit: von *velchem* (Messia) auch geschrieben steht, (Psal. CXIX, 22.) der Stein &c. *Rashbius* quidem non addidit, sed Messiam hoc dictum referre: eius tamen ad Psalmum iustum commentatio id habet, hunc ad belli Gogici & Edomitici tempora, Messianis coniunctissima, pertinere; & KIMCHIUS expresse hic Messianum intelligendum essi monxit.

(y) מך יצא לי המשיח כי מזור רוד שוויה מביתיהם:

(z) In spicilio ad Michal Iophi, vid. Io. Henr. MICHAELIS in notis ad h. l.

(a) Apud Caluarius, in *Gloria Christi*, qu. 223.

(b) E. g. in *Talm. tr. Sanhed.* fol. 98. col. 2, R. Isaac Abarbanel in *Majene Ischbus*, fol. 76. col. 3. R. Iebuda Bezalel in *Nezach Israël*, cap. 21. fol. 31. col. 1. apud Eisenmengerum II. Th. p. 650. 651.

germen iustum. (c) TANCHVMA: *ecce vir, cui zemach nomen est.* Hic est Messias, de quo dicitur: *fuscitabo Dauidi germen iustum.* (d) Similem ABARBANEL prodidit sensum. Operae quoque pretium erit, cognouisse, quae a Iudais in verborum, loco nostro adiectorum, item cap. XXX, 15. & Ezech. XXXIV, 23. & 24. explanatione eduntur, confessiones (e).

DANIELIS cap. VII, 13. & 14. Singulare visum enarratum est. Illi enim filius Dei, humana induitus forma, ostendebatur. Locum ex Chaldaico ita conuertit *Castilio*: *spectabam per nocturna visa, quum in nubibus aeriis tanquam hominis filius veniebat, qui ad longaeum peruenit, in eius conspectum adductus. Atque ei tanta potestas, dignitas, regnum datum est, ut omnes omnium linguarum populi, & nationes eum colerent, aeterna ac immutabili potestate, imperditio regno praeditum.*

In TALMUD R. Ieboscha (f) hoc modo fertur differuisse: *scriptum est* (de rege, Messia:) *ecce in nubibus coelestibus, tanquam hominis filius, venit.* Et *scriptum* (quoque de illo) *est: miser & insidens asino.* (Quomodo haec inter se concilianda sunt?) si (Israelitae splendido aduentu) digni fuerint; *in nubibus coelestibus veniet: si in eo fuerint indigni;* (vt) *miser & asino insidens* (adueniet.) (g) Eadem fere dictorum illorum conciliatio in BRESCHIT RABBA adfertur; (b) & in TALKUT SCHIMONI talmidicus locus insertus conspicitur. (i) In BEMIDBAR RABBA istam re-

B 3

peri-

צמיח ה' משיה בן דוד כטו שנאמך והקיטומי
לדור צמה צרי:

(d) ad Zach. IV, 12. apud Schoettgenium tom. II. p. 219.

(e) In Medrasch Thillim ad Psal. XXI. fol. 19. col. 3. & Targum. (Conf. fol. 44. col. 1.) Kimchius & Abarbanel ad Ezech. XXXIV. 23. 24. &c. Adeatur quoque Raymundus, Part. II. cap. 5. §. 8. Conferri etiam posset Ierem. XXXI. 22. & ad locum hunc considerandum adhiberi Sohar, Gen. fol. 13. col. 52. Medrasch Thillim ad Psal. LXXIII. fol. 28. 1. Castalia in comment. ad h. l. Henr. Iac. van BASHVYSEN dissert. de sanctitate & virginitate Mariae, p. 12. & SCHOETTGEN. tom. II. p. 203. (f) Sanhedr. in col. Israel cap. II. §. 33. fol. 98. 1.

(g) כתיב ואנו עט עכני שמייא כבר אנש אהוי וכתיב עט
וורכב על חמו זכו עט עכני שמייא לאן זכו עט וורכב
על חמו:

(b) Ad Gen. XLII, 11. apud Raymundum, part. III. dist. III. 16. 1.

(i) ad Dan. VII. part. II. fol. 156. col. 4. init. edit. Francof. ad Moennum procura-
tae c. 1600 CLXXXVI.

perimus sententiam: (quod) *Messias* (in totum terrarum orbem imperium habiturus sit,) vnde nam (liquet?) *Quia scriptum est* . . . & ecce in nubibus coelestibus, &c. (k) SOHARIS auctor his verbis suum expressit sensum: hic est rex, *Messias*, de quo (l) dictum est, & temporibus regum illorum conder Deus coeleste regnum. (m) R. SAADIAS ait: hic est *Messias*, iustitia nostra. (n) ABEN ESRA: R. Ieschua dixit: bunc, qui sit hominis filio similis, effere regem, *Messiam*. Et omnino certum est hoc dictum. (o) His stipulantur MEDRASCH THILLIM, TANCHVM, (q) R. RASCHIVS, BECHAL.

CAP. IX, 24. tempus designatur, quo venturus sit *Messias*: *Septuaginta hebdomades decisio definitae sunt super populo tuo*, & urbe tua sancta, ad cibibendam praevaricationem, ad finienda peccata, ad expiandum iniquitatem, & ad iustitiam aeternam adducendam, & ad obsequandam visionem & prophetam, & ad ungendum sanctorum sanctissimum. Quamque harum hebdomadum, sub quarum finem, reipublicae Iudaicae excidio contermatum, expectandus erat *Messias*, septem constare annis, Iudei etiam concedunt. (r) Nec abiuunt iidem, haec ad *Messiam*, eiusque aeuum respicere.

BRESCHIT RABBA: haec sunt praecepta & bona actiones; nam propinquum est, ut salus mea veniar, & iustitia mea reueleretur. Rex *Messias* (significatur;) siquidem scriptum (de eo) est: & ad iustitiam aeternam adducendum. (s) ABEN ESRA sanctorum sanctissimum faciet esse *Messiam*. Præterea nobiscum affirmat, (t) illa aetate, qua respublica Iudaica a Romanis deleta est, *Messiae* euensis nativitatem, dicens: hic est *Messias*, qui vincens est, quemadmodum maiores nostri tradiderunt; nam illo die, quo Hierosolyma eversa fuit, natus est. (u) R. MOSES NACHMANIDES itidem (x) san-

(k) *Medrash rabboth*, Bemidbar, sect. 13. fol. 209 col. 4.

תלך המשיח מנין דכתיב .. וארו ענני ענני טמיון זוגות:

(l) Dan. II, 44. (m) Genes fol. 85. col 338.

וזו חמשה צדיקינו:

(n) In comment. ad h. l. אמר רבי ישועה כי זה כבר אנש הוא חמישית ונכון דבר:

(o) fol. II, 1, 2.

(p) *Talm*, in Abhoda zara cap. Liphne Edheh. R. Saadias, *Aben Esra*, *Rashbius*; Auctor libri, *Beth Israel*, in explic. cod. *Talm*. de Nazireatu, cap. 5. fol. 25. *Seder olam* in *Ialkut*, Part. II, fol. 79. 4.

(q) Ad Gen. XIV, 18. apud *Caluocrium* qu. 207. (r) ad Cantic. VII, 6.

(u) Conf. eiusdem, comment. ad *Ies*. LII, 13. *Talmud*. *Hierosol.* *Berachoth* fol. 5. 1.

(x) sanctissimum illud, quod vñctum iri dicitur, Messiam esse interpretatur: *sanc*tissimum est Messias, e filiis Dauidis (electus, ac) consecratus.* (y) ABARBANEL etiam dat, sanctissimum illud sic posse explicari: aliam vero appellationis rationem commemorat, ac simul confiteretur, sub vocabulo iustitiae Messiam quoque latere. Ait: *vel verba: & sanctissimum vnguetur: significant Messiam, qui iustitia iustitia est. Etenim cum Israelite uniuersim sancti vocentur: Messias sanctissimum appellatur, quia omnis Israeles sanctior erit.* (z) R. ASARIAS de voce, iustitia, idem sentit. (a) Iuuat quoque euoluere Psal. XLV. & cum verbis hebraicis chaldaicam versionem conferre.*

HAGGAEVS cap. II. 6--9. reduces ex Babylonico exilio ita affatur: *sic enim dixit Iehoua exercitum: adduc semel; idque breuis est; ego caelum, terram, mare, aridumque commouebo. Cunctasque gentes commouebo; & veniet desiderium omnium gentium: ac implebo domum hanc gloria, dixit Iehoua exercitum. Meum est argentum, meumque est aurum; dictum (hoc) Iehouae exercitum. Maior erit gloria domus huius posterioris, quam prioris; dixit Iehoua exercitum: & in loco hoc dabo pacem; dictum (hoc) Iehouae exercitum.* Tempus venturi Messiae dupliciter indicatur; dicit propheta: illud esse propinquum; & eo contineri aeuo, quo templum, quod tunc exstrebatur, staturum esset.

Inter TALMUDICOS doctores est, qui haec omnia Messiae tribuit, eiusque temporibus. Rosebius in suo commentario, (b) sententiam illius his verbis recensuit: R. AKIBA (verba: adhuc semel, idque breui, &c.) arguere exposuit, (ea referens ad) tempora Messiae. TANCHUMA adfert: celebretur nomen regis omnium regum, qui omnia miracula, quae Israelitorum causa

Echa rabbarbi, fol. 59. 2. & 300 col. 1. R. Iehuda Rezaleel, in Nezach IsraeI, cap. 25. fol. 28. col. 1. cap. 30 fol. 57 col. 3. R. Ischbar Bebr fil Naphthali in Matisseob Kebunna Raymundus part. II. cap. 6. G. E. Edzardus ad cap. I. Abhoda sara, p 251. 252. Eisenmengerus, Part. II. pag. 653. 668. Schoettgenius, tom. II. p. 527.

(x) ad h. l. (y) Apud Caluierium, qu. 207.

(z) Apud REINBECCIVM, lib. cit pag 89.

(a) In Meor enaim, edit. Mantuanae, Part. III. cap. 43 fol. 139. apud Eisenmengerum II. Th. pag. 650.

(b) רבי יעקב דריש ליה ל'מוֹרָה conf. Raymundus, Part. II, cap. IV. §. 12. המשית;

causa in desertis locis edidit, tempore etiam futuro (id est Messiano (c),) Zionis causa edet. - - - De (eo, quod in) desertis locis (accidit, scriptum est, Psal. LXIX, 9.) terra tremuit, caeli etiam fissilarunt. De (eo autem, quod in) Zione (fiet, praedictum est, Hagg. II, 6.) ego concutiam coelum & terram. (d)

In ZACHARIAE cap. IX, 9. haec inuenimus : *exulta valde, filia Zionis, laete exclama, filia Hierosolymæ; ecce rex tuus veniet tibi; iustus & seruatus est: miser & infidens asinus, hoc est, asinus, pullo asinorum;* id est, matrum aſſtantī gregem, atque idecirco a nemine adhuc inſefso.) Ostendit vates, aduentum Messiae humilem quidem fore, plenūque miseriae; sed nihilominus largam illo gaudendi materiam allatum iri.

Si Iudeorum consensum quaerimur; TALMYDIS locus ſupra (e) extat, in quo eſt confessio, prophetam de Messia loqui. BRESCHIT RABBA conuenientem talmudicæ explicationi ſenſum promit: *Melchisēdecus, rex Salem. Hoc eſt, quod ſcriptura babet, (Pſ. CX, 4.) iurauit Dōminus, & non poenitebit iſipsum: tu es ſacerdos in aeternum, ſecundum ordinem Melchisēdeci. Quisnam vero eſt ille? (Respondeo: eſt rex, Mefſias; quemadmodum dicitur: (Zach. IX, 9.) ecce, rex tuus veniet tibi, iustus &c. (f)) Item: quando Mefſias Hierosolymam venier, redemptum Iraelitas; tunc ſternit asinum ſuum, eique infidet, & (ſic) Hierosolymam venit, ut ſe humilietur gerat; quemadmodum dictum eſt, (Zach. IX, 9.) pauper, & asinus infidens. (g) Alio loco, (b) vbi haec Iacobi, ablegandum ad Eſau nuntium instruentis, verba: eſt mihi bos & asinus: (i) explanantur, Iacobum eam tribuit mentem, ac ſi, quamuis obscure, attamen minaciter, Eſau, qui Edom quoque dictus eſt, detinueri voluiffet: duos ex progenie ſua orituros Mefſias, regni Edomiticis, ſeu Romani, euersores: eſt mihi bos & asinus - - - Rabbinis noſtri dicunt: bos eſt is, qui ad bellum gerendum uenitus eſt, (Mefſias bellator, Iosephi*

(c) Vide Schoettgenii Horas Hebr. & Talm. tom. II. pag. 25.

(d) fol. 77. 1. ad Deuteronomii princ. apud Schoettgenium, tom. II. pag. 75.

(e) ad Dan. VII, 13. illuſtrandum citatus.

(f) ad Genes. XIV, 18. apud Raymundum, part. III. diſt. III. 15. 10. Conf. quoque Breschit rabba, ſect. 75. fol. 74. 2. item ad Genes. XLIX, 10. 11. ſect. 99. fol. 98. 1. & ad capituli huius v. 14. apud dictum Raymundum, part. II, II. 13.

(g) apud Raymundum, part. II, diſt. III. 16.

(b) in Medrash Rabboth ad Legem & quinque volumina; Breschit fol. 66. col. 2.

(i) Genes. XXXII, 6.

phi filius;) quemadmodum dictum est: (Deuter. XXXIII, 17. sicut) primo-
genito bovis eius, bonos ipsi (est.) Ad aſnum quod arrinet, hoc (significa-
tur) rex, Mefſas, (Dauidis filius;) quemadmodum dictum est: miser & in-
ſidens aſno, &c. (k) In SCHIR HASCHIRIM RABBA ſiauem offendimus
confessionem, haec futuro tempore, quod Mefſiani aei nomen eft, imple-
tum iri. (l) In MEDRASCH KOHELET quaedam Mofis & Mefſiac in factis
nonnullis afferitur conuenientia, atque inter alia humilis illa equatio
commemoratur: *Dixit: R. Barabias, qui id a R. Iſaaco acceperat: qualis
redemptor primus (fuit,) talis (erit) redemptor poſtemus. Quid redemptor pri-
mus (fecit?) Id, quod dictum eft: (m) accepit Mofes uxorem ſuam, fuoſque
filios, & veberdos impoſuit aſno. Ita (etiam) redemptor poſtemus (aget;)*
quemadmodum ſcriptum eft: miser, & veclus aſno &c. (n) R. SAADIAS: non-
ne ſcriptum eft, inquit, de Mefſa: pauper & inſidens aſno? Veniet demifſe;
etenim non veniet, equis inſidens, ſuperbe, opumue felicitate (aﬄuens.) (o)
ABEN ESRA ſcripit: hic eft rex, Mefſas, filius Dauidis; quanquam alii,
Mefſiam, Iofepbi filium, intelligent. (p) RASCHIVS: nullo modo, ait, id ad alium
referred potest, quam ad regem, Mefſiam; quod ſcriptum eft de illo, (de quo hic
fermo eft:) & dominium eius ab (vno) mari ad (alterum) mare (pertingit.)
Etenim templi ſecundi temporibus non inuenimus dominasorem Iyraelis, que
talis (tanto imperio praeditus) fuifet. (q)

C

MALA:

- (k) ויהי לוי שור וחמור וגו מר... רבנן אמרו שור זה משוח
טלחמה שנאמר בכור שור הדר לוי המבו. זה מלך המשיח
שנאמר עני ורוכב על חמוץ וגנו שר;
- (l) fol. 7. 3. ad Cantic. I, 4. apud Schoettgen, tom. II. 64. (m) Exod. IV, 20.
אד" ברכות בש"ר, Kohelet, c. I, 9. fol. 63. col. 2.
- (n) Medrasch Rabbor, Kohelet, c. I, 9. fol. 63. col. 2. (o)
יצחק כגונאל ראשון כך גואל אחרון מה גואל ראשון נאמר
ויקח משה ארץ אשתו אותה בינו וירכיבם על המבו כך
גואל אחרון שכ' עני ורוכב על החמור וגנו:
והלא כחוב על מشيخ עני ורוכב על חמור..." (p)
יבוא בענזה כי לא יבוא על סוסים בגדאות ואשר:
(q) apud Schoettgen, tom. II. 210.
- אי אפשר לפותרו אלא על מלך המשיח שנ' בו: בז' (q)
ומשל מים וער ים ולא מצינו מושל לישר כוה בימי בית שני:
Conf. eiusdem Comment. ad Exod. IV, 20. item, Pirke R. Eliefer, c. 31. Me-
drasch Thillim, ad Psal. XC. 15. Sobar Leuit, fol. 38. col. 151. Numer. fol. 87.
col. 332. fol. 97. col. 386. Deut. fol. 117. col. 465. 471. fol. 118. col. 471. Sobar

MALACHIAS, CAP. III, 1. eadem nativitatis Messianae momenta attingit, illustrat & confirmat, quae paulo ante in Haggaei vaticinio obseruauimus. Verba illius haec sunt: *Ecce ego mittam meum angelum* (nuntium,) *qui viam ante me praeparabit: & repente veniet ad templum suum Dominus,* quem vos requirizis, foederisque angelus, quem vos auetis, ecce venit; *oī leboua exercituum.* R. SAADIAE duplex reperitur locus, quaerendi in his verbis Messiae index. Dicit enim: *Quod si non veneris* (filius Iosephi:) *cerze fūtūs Dāuidis, (Messias) veniet repente;* quemadmodum dictum est: *& repente venier ad templum suum Dominus, quem quereritis.* Item: *ante M̄ssiam, Dāuidis filium, erit alius, qui ei pro legato erit, qui aptet populū, & viam expurget;* quemadmodum dictum est: *ecce ego missurus sum angelum meum &c.* (r) MAIMONIDES, de Messiae aeuo differens, (s) nostrum quoque locum in testimonium citauit: *regis, Messiae, temporibus, per sp̄vitum son-dum, qui uper i. so requiescat, Israelite ex effato illius* (secundum tribus, familiasque suas) *recensēbuntur;* quemadmodum dictum est: *ecce missurus sum angelum meum, &c.* KIMCHIVS clarissime rem enunciat: *dominus hic est rex, Messias; idemque etiam angelus foederis est.* (t) Eadem apud ABARBANE-LEM & in commentario, MICHLAL IOPHI, expositio reperitur.

Longius nos progredi haud sinit scriptio[n]is forma ac ratio. Necesse est, vt nunc subiiciamus, quod nobis praecipuum esse videtur. Vos, carissimi Fridericianae nostrae ciues, cohortandi estis ad religiosam conseruatorum memoriae natī Messiae dierum celebrationem.

Quam necessaria vero hujusmodi hortatio sit, facile patebit, & indolem suam explorantibus, & praesentis non minus, quam praeteriti temporis intuentibus experientiam. Ista certe admodum vulgata litteratorum hominum deprehendit virtutis, per quam fastidii plena res est, festos dies studio transfigere, christiana professione digno; illo maxime, quo quisque suae potissimum animae curam suscipiat ampliorem; & ad hanc cum alia

Chadasch, fol. 63. 2. ad Cobel IX, 14. *Pefkta rabbathi*, fol. 01. 1. 2. *Talkut Schimonis* in Pentateuch fol. 28 col 2, num. 98. ad Genes. XXXII. 3. & in Zeph. fol. 86. col. 1. num. 545. *Eisenergerus* part. II. 697.

(r) In *דָּנְתָּן* fol. 38. col. 3. & tr. 8. apud *Caluoerium*, qu. 219. & apud REINBECCIVM, lib. cit. pag. 91.

(s) In *הַלְכֹוֶת מִלְכִיָּה* apud *Caluoerium*, qu. 219.

(t) ad h. i. *דָּאוֹר חֵזָא מֶלֶךְ הַמְשִׁיחָה וְחֵזָא מֶלֶךְ הַבָּרוּךְ:* conf. etiam *Schemoth rabba*, sect. 32, fol. 13L 4. *Debarim rabba*, sect. 4, fol. 256. 2. *Tanchuma* fol. 31. 1. fol. 66. 1.

alia praesidia adhibeat diuina, tum ea in primis, quae a quoque festo die peculiariter subministrantur. Ad taedium hoc ubi aetas lubrica, licentia academica, aliaeque accesserint corruptelae; praeuisu facile est, qualis tum christianarum feriarum furvus sit usus. Quid fiat, in vulgus constat, & tale est, vt id cum reliqua improbitate, indies ferme impudentiori, animo sine dolore repraesentare, enumerare autem piae pudore nequeamus. Attamen irreligiosum fore, id prorsus diffimulare. Hoc esset profanae indulgentiae speciem praebere; & prouehere impietatem; ita in culpae, poenaeque diuinae societatem veniremus.

Quorquot igitur sibi confessi sunt, se in ista verae salutis suae negligenter haerere, ac omnes animi sub CHRISTI disciplina curatus emendandi opportunitates flocci pendere, illaque mutare in pigritiae definitionem, irritamenta luxuria, libidinique expletiae, & ostentandae irreligionis occasionem; illos, pro paterna nostra caritate, impense hortamur, rogamus atque obtestamur, vt solemnia haec CHRISTI natalitorum sacra sibi ve- lint esse respicendi, modoque spirituali renascendi, principium; vt, reiecta improuidae mentis securitate, sui vere incipient habere curam; vt, repudiata in primis sordida & malefica voluptate, puriorem animi quaerant, serenam, salutiferam, perennem.

Esse autem in CHRISTI nativitate ad eam perueniendi viam, id supra praenuntiavit Zacharias, Israelitas ob Messiae aduentum gaudere iubens, & piae laetitia exultare atque exclamare. Idem, nato Messia, coelestis declarat praeco, perterritos alloquens pastores: *en ego vobis enim in genrem nuntio laetitiam, roti populo futuram: videlicet, vobis hodie natum esse seruatorem, qui Christus Dominus, in oppid. Davidis.* Hoc de Christo gaudium, recte conceptum, seruatumque durat, crescit, (u) & ex ipsa tristitia intercalari capit incrementa. (x)

Percepturi vero diuinam istam laetitiam quomodo animati esse debant, & quam ingredi eos oporteat viuendi rationem, epistolica pericopae, (y) quae primo dierum horum festorum publice solet explanari, bene his verbis docet: *Apparuit gratia Dei salutaris cunctis hominibus; eru- diens nos, ut, impietate mundanisque cupiditatibus abdiciemus, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo.*

Quibus porro vrendum sit subsidii, vt diuino gaudio afficiamur, & cumulemur, ex rege audiamus. Ita David: *Ad me quod arrineret, lege tuo ob- lector;*

(u) Ioh. XV, II. XVI, 22 24. XVII, 13, &c. (x) Ibid. c. XVI, 20. (y) Tit. II, II, 12.

lector; testimonia tua sunt deliciae meae, meique consiliarii: contingat mihi misericordia tua; nam tua lex meae sunt deliciae. Quam dulcia sunt palato meo verba tua! melle (dulciora) ori meo (sunt.) Laetor ego verbis tuis, perinde ac qui multam reperit praedam. Probae ereditate testimonia tua acceperim aeternum; nam gaudium cordis mei illa (sunt.) Via testimoniorum tuorum (perinde) gaudeo, ac summa opulentio. Angustiae & afflictio me deprebenderunt; praeceptra (tamen) tua mea (sunt) oblectamento. Nisi tua misericordia esset in deliciis, tum in mea perissimum miseria. (z) Christus quoque sermonibus suis eam veri procreandi gaudii vim insitam esse affirmat. Haec, inquit, vobis eloquutus sum, ut & mea laetitia in vobis maneat, & vestra laetitia repleatur. (a) Impertitus gaudio dominico Iohannes eundem illius huiusmodi fontem, en angelum Christi, alii monstrant, in prima epistola scribens: Quod & vidimus & audiuimus, id vobis annuntiamus, ut & vos nobiscum communitatatem habeatis. Est autem nobis communitas cum patre, cumque eius filio, Iesu Christo. Atque haec vobis scribimus, ut gaudium vestrum sit completum. (b)

Vsus autem diuini verbi, qui istum fructum ad fert, non desultorius est, sed meditationi inhaeret. Is animi statum suis in regumentis euoluit, nudatque; parit suspiria, & preces serias; salutarem poenitentiam efficit, fidem religiosam, & veram sanctitatem. Quantum vero in ipsis precibus curatioribus situm sit praesidii ad animum diuinitus laetificandum, Seruator aperit, dicens: Petite, & obtinebitis: ut plena sit vestra laetitia. (c)

Agite igitur, ciues per dilecti: vos etiam, quorum in hodiernum usque diem nobis dolenda est conditio: ita, ut ostendimus, cum toto codice diuino utimini, tum iis speciatim locis eius, quibus Messiae praeannuntiata fuit nativitas. Certe vaticinia, supra propposita, & inimicæ gentis testimonio, quod veritas extortis, nobis commendata, sicut ponderabuntur, & conseruent cum contextu suo, cum aliis eiusdem argumenti locis, & cum eventu, tam pleno oblationis, quam venerabili; suam illa apud vos vim non sinent intercidere, sed largiter exferent, animum ex vetero excitando, mutando, muniendoque aduersus corruptelas, & sincera in eum infundendo gaudia; unde felix ac beata vita ratio consequetur. Tum vos haud pigebit publicis sacris, quibus Christus colitur, & cum nativitatis suae fructibus offertur amplectendus, diligenter interesse; cohonestabit illa; ac per ea quoque in adipiscenda, & retinenda salute animi multum proficiens. Fazit benignissimus DEVS, ut tan ta Vobis omnibus obtingat felicitas! P. P. Halae, in Academia Fridericana, pridie Natalis Dominici clo locc xli.

(z) Psal. CXIX, 70. 24. 77. 174. 103. 162. III. 14. 143. 92. (a) Ioh. XV, II, coll. cap. XVII, 13. (b) cap. I, 3. 4. (c) Ioh. XVI, 24.

Halle, Diss., 1741

ne. B. A.

l

ULB Halle
004 779 452

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

ACADEMIAE FRIDERICIANAE

PRORECTOR

CHRISTIANVS VVOLFIVS

REGI BORVSSIAE A SANCTIORIBVS CONSI-
LIIS ACADEMIAE PROCANCELLARIVS IVRIS NATVRAE
AC GENTIVM VT ET MATHESEOS PROFESSOR PUBLI-
CVS ORDINARIIVS PROFESSOR PETROPOLITANVS HO-
NORARIIVS ACADEMIAE REGIAE SCIENTIARVM PARISI-
NAE SOCIETATVMQUE REGIARVM BRITANNICAE
AC BORVSSICAE MEMBRVM

SENATVSQVE ACADEMICVS

ANVVA SACRA

NATALIVM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

AD D. XXV. DEC. c1515cc XLI

INDICVNT
COMMENTATIONE

Q V A

IVDAEI CHRISTIANAE DIVINORVM DE NA-
TIVITATE MESSIAE VATICINIORVM EXPLI-
CATIONIS CONFIRMATORES

SISTVNTVR.

HALAE

IN TYPOGRAPHIA IO. CHRISTIANI HENDELII.